



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Machvmetis Saracenorum Principis, Eivsqve Svccessorum
Vitae, Ac Doctrina, Ipséque Alcoran**

Bibliander, Theodor

[Basel], [1543]

VD16 VD16 K 2583

Præfatio Roberti Retenensis Angli ad D. Petrum abbatem Cluniacensem,
de alcorani ersione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98259](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98259)

PRAEFATIO ROBERTI TRANS-

LATORIS AD DOMINVM PETRVM ABBATEM CLV-

NIACENSEM, IN LIBRO LEGIS SARACENORVM,

quem Alchoran uocant, id est, Collectionem praeceptorū,

quā Machumet pseudopropheta per an-

gelum Gabrielem quasi de coelo

sibi missa confinxerit,

10 **D**omino suo Petro, diuino instinctu Cluniacensi abbati, Rober-
 tus Retenēsis tuorum minimus, in Deo perfectē gaudere. Vbi
 sapius atq; serio percepi, qualiter quantum ue tuus animus so-
 lius & totius boni studiosus, sitiuit sterilem paludem Saracenae
 sectae nondum uisae fertilem efficere, suumq; puteū exhaurire,
 propugnaculaq; prorsus diruere: ego peditis tantum officio praeuij functus,
 uias & aditus diligentissime patefeci. Quis enim gressum dilatabit? Quis
 nō citissime curret, ut hostis errorem, ipsumq; uictum, semetipsum aut tene-
 re sententiam ubiq; firmam atq; uictrice agnoscat? Latinitas tamen omnis
 hucusq; non dicā perniciosis incōmodis ignorantiae negligentiae ue pressa,
 20 suorum hostiū causam & ignorare, & non depellere passa est. Tua uero
 peruijil prouidentia, sanctissimos & praelectos Ecclesiae doctores semper
 aspiciens, hoc nullatenus noluit. Cum illum itaque patrem atq; docto-
 rem, cuius omnis haereditas omni pro suo facultate uenalis statuitur, tu di-
 scipulus atque filius imiteris: nusquam aliās reflexus, speraui me, licet o-
 mnium tuorum minimum, tuam gratiam promereri posse, si mundani so-
 mnij militiae que uoto post posito, tuis studiose nutibus inuigilarem. Vn-
 de quanquam te uelut alumnum & haerodem sapientiae cohors sapien-
 tium circumflua constipet, suas manus tuis nutibus benigne cōferens: quo-
 rum conuentu me minime dignum adhuc sentio: uestrum tamen munu-
 30 sculum, puteum praesignatum pandens, saltem semel non oblique tuus
 perspicax intuitus, quaeso dignetur aspicere. Quanquam enim in effragi-
 li fulcitum ingeniolo plura praecesserunt incōmoda: tum hinc eloquij pe-
 nuria, illhinc scientiae tenuitas, tum id quod ad nil agendum est efficacius,
 secordiae uidelicet negligentiaeq; mater desperatio multiplex ob translatio-
 nis nostrae uilem & dissolubilem, ac incompaginatum materiam, pro sui mo-
 do prorsus, Arabico tamen semoto uelamine, tuae maiestati praebendam,
 non minus tamē obnixe tuum obsequium aggressus sum: confusus nil effe-
 ctū quassari, quo tuum uotum igne diuino plenum adspirat. Lapides igitur
 & ligna, ut tuum deinde pulcherrimū & commodissimum edificium coag-
 40 mentatum & indissolubile surgat, nil excerpens, nil sensibilibiter nisi pro-
 pter intelligentiam tantum alterans, attuli. Machometi que fumum, ad
 ipsius tuis follibus extinctum, & puteum ad illius exhaustum, tuo uase,
 ignis que uestri tuo uentilabro fomentum atque feruorem, nostri que fon-
 tis educu tuo discursum, patefeci. Ius igitur exigit, ut hostium castrum,
 imō caueam delendo, puteum exiccando, cum tu sis dextra mundi pars
 optima, eos religionis acutissima, charitatis manus largiflua, tuorum

Robertus
Retenensis;

Quid conferat
doctrina hæc.

munimen corrobore, tela diligenter acuas, fontemq; suū fortius emanare, suæq; charitatis uallum protensius atq; capacius efficias. Si quis me uilitatis & incompositionis rerum atq; uerborum arguat, licet iuste forsan: obsecro tamē ut cesset, sciens meum nunquam hic fuisse propositum, floribus uenenum tegere, remq; uilem & abijciendam deaurare. Quod & animi tui lux admirabilis, mira facundia pollens, manu fortissima uigens, mihi inde sapius & studiose deliberanti, summamq; dicere uolenti clarificauit. Lex tamen ista licet letifera multis in locis, maximum testimonium, argumentumq; firmissimum sanctitatis & excellentiæ nostræ legis, uidentibus & electis prebet. Istud quidem tuam minimè latuit sapientiam, quæ me compulit interim astronomiæ geometriæq; studium meum principale prætermittere. Sed ne procœmium fastidiū generet, ipsi finē impono, tibiq; cœlesti, cœlū omne penetranti, cœleste munus uoueo: quod integritatem in se scientiæ complectitur. Quæ secundum numerum, & proportionem atq; mensuram cœlestes circulos omnes, & eorum quantitates, & ordines & habitudines, demū stellarum motus omnimodos, & earundem effectus atq; naturas, & huiusmodi cætera diligentissime diligentibus aperit, nunc probabilibus, nonnunquam necessarijs argumentis innitens.

INCIPIT LEX SARACENORVM,
QVAM ALCHORAN VOCANT, ID EST,
Collectionem præceptorum.

AZOARA PRIMA.

Symbolum Ma
humericum.



Miseri cordi pioq; Deo, uniuerſitatis creatori, cuius postrema dies expectat, uoto supplici nos humiliemus, adorantes ipsum: suæq; manus suffragiū, semitæq; donum & dogma, quos nos ad se bene uolos, nequaquam hostes & erroneos adduxit, iugiter sentiamus.

Vel secundum alium translatorem.

In nomine Dei misericordis, miseratoris. Gratias Deo domino uniuerſitatis misericordi, miseratori, iudici dici iudicij. Te oramus, In te confidimus: Mitte nos in uiam rectam, uiam eorum quos elegisti, non eorū quibus iratus es, nec infidelium.

GVLIELMVS POSTELLVS ITA VERTIT.

In nomine Dei misericordis, pijs. Laus Deo, regi seculorum misericordi & pio, regi dici iudicij. O uos omnes illi seruamus. certe adiuuabimur. Dirige nos domine in punctum rectum, in punctum inquam illorum, in quos tibi complacitum est, sine ira aduersus eos, & non errabimus.

AZOARA II.

Quid conferat
litter Alchorā,
et quales requi
rat discipulos.

I N nomine Domini pijs & misericordis. Liber hic absq; falsitatis, uel erroris annexu, ueridicus eis, quibus inest amor diuinus, deitatisq; timor & cultus, nec non orationū ac eleemosynarum studiū, legum item tum tibi, tum ceteris prædecessoribus cœlitus à Deo datarū obseruatio, spesq; sæculi futuri,